

de Ho 1571.

174)

Reddita sunt mihi, Vir Clarissime, litera tua licet serias,
 tum quae Bielam, tum etiam quae Vesontianam misisset erant.
 Ego vero supra quatrimum celeriter quidem et raptim urgen-
 te nuntio attamen copiose de rebus nostris ad te scripsi, per
 Lausannensem Mercatorem, qui sancte mihi promissit se
 operam daturum, ut Genium tuum mitterentur. Exanima-
 rat me penè rumor de valetudine tua sparsus, ab illo chassato
 Principis nostri Praeceptore, qui Lausannam rediens Doctori
 Jacobo asseverabat, te morti proximam esse. Juvenis est
 tenuis et suavis sellis sedens, quantum hactenus cognovi. Non
 multo magis tela mihi renunciabat Mezerius Principis
 Uraiae minister affirmans te lento quodam morbo confici.
 Nunc Deo optino maximo gratias ago, qui te virum prove-
 hendo et ornando Ecclesiae natum sanitati et eidem Ecclesiae
 reddere signatus est. Scribo ad te rursum, licet incerto nuntio
 ut plenius te de rebus omnibus certiores faciam. Literas
 Basileam mitto amicorum diligentia ad te transmittendas.
 Simon ille Basileensis nondum hoc consecutus est, quod sibi
 palmarium et triumphale duceret, ut omnes Ministri ortho-
 doxi ministerio moveantur. Nam et felicissime in suo
 munere pergit Johannes Brantmillerius trans Alerium
 primarius minister, et in ipsa urbe Johannes Hoffmannus.
 Et jam multis civibus inuicem ipsi Henrico Petri Senatorij or-
 dinis viro et Simonis familiari displicet ista ratio, quia
 indicto novo dogmate Simon veterem et receptam de
 Eucharistia doctrinam abrogat, et ministros insidiosis ar-
 tibus vel opprimit, vel in suam sententiam pertrahit.
 Argentina scripsit ad me D. Giphanius Ethicus Professor
 juvenem quendam Theologum, Argentinensem civem,
 quod aliquid contra ubiunitatem et pro predestinatione
 dixisset, Marbachij opera exauthoratum. Witebergenses

adversus Selneceum Brunsuicensem Theologum Ap-
logiam ediderant, quia et Gregorij Nazianzeni auctoritate
et firmis rationibus tuebantur illam interpretationem.
Oportet eam coelo capi ex orat. 2. de Filio Dei: *Ὁὐρανὸν
καταβύθιστον* ἢ *ὁὐρανὸν καὶ τὴν γῆν* ἢ *ὁὐρανὸν καὶ τὴν γῆν*
ubi quidam dicunt locum esse mendosum. Vide egregium
perfidium: Miror illos in re tam clara caecitate, iūm
si Christus coelum capit, coelo capi oporteat, quia est altera
ratio connexi. Sed de his satis. Venio ad D. Jacobum. Scit
Magistratum per omnia habuit sibi obsequentem et Mi-
nistros paganos plerisque, persuasit, quod voluit, nos adhuc
in urbe optima spe et maximo animo sumus, quia ferè
insanus hinc discessit, et civibus omnibus deridendam se-
cum suo fastu propinavit. Totus est in hoc, ut hinc
eiciat et jam Principes urget, ut id imperent. Paren-
tem vero meum, qui septuaginta quinque complevit annos,
nec inuisit unquam nec discedens salutavit. Vix autem
credas, quam ineptos et stolidos sermones habuerit. Inter
cetera quaesivit à me, an non organum in Gallis uterentur,
quorum usum maxime convenientem et necessarium pu-
lat, quia scriptum est: Laudate Deum in organo. A soni-
matore Germanico percontatus est: cum inter orandum
oculos in coelum attolleret, quasi Deus in tabulato aucto-
ritatibus esset. Rixim fortasse non tenebis: sed vera
narro. De fide multa garriabat aut mentiebat̄ur potius
se perperam scribere. fidem efficere res nobis prae-
sentes; inde sequi, nos Deo esse fortiores, et alias stultas
innúmeras consecutiones necessebat. Respondi fidem
Dei opus esse, et nihil esse, quod tantum gloriae Deo
tribueret, quam fides; et alia multa, quae longum esset
conmemorare

217
commemorare. Objeci et illi Solis similitudinem, quā Christi. Ita scribit: Solis cor-
presentiam in coena illustrat, sicut et nos in Estingensibus ^{pus ubiq; non esse; ra-}
concionibus. Magna fuit inter nos de radiis disputatio, cum ^{dios diffundit passim.}
hoc obtinerem, radios non esse corpus Solis, quod ipse volebat, ^{in corpore Christi in toto}
aut saltem esse partem corporis, dixit se semel tantum ^{esse naturaliter per}
et obiter illa similitudine usum. Utinam autem S. Steggy ^{radius, i. e. majestatem}
intelligeret, quam odiose Thraso ille de ipso filio Weuty: dicens
palam coram Senatu nostro hominem esse intricatum,
obscurum, minime Theologum, qui facultati Theologicae
recantationem in nonnullis promiserit. Ista de Jacobo
Aureliani literis significaverunt sibi in animo esse intra
paucos dies me revocare, ut in adibus Domini Maretsii,
nempe in Paludano, ubi pars Ecclesiae se recolligit, doceam.
Cupio illos nihil temere et inconsulte aggredi. Interim
rem totam Domino permitto, paratus eo ire, quod vocabit.
Nunquam autem Galliam illud iter arripiam, quam Te
meum Deus invisam, amplectar, et de rebus omnibus consu-
lam, si Domini voluerit. Vesontinos per literas cohortatus
sum, qui calcariis subinde opus habent, ne torpescant, et
michi videntur non procul esse à Regno Dei. De Carpen-
terio nuper ad Te scripsi; audio illum Basilea in Geni-
ensem Ecclesiam debachatum esse cum S. Copi filio degene-
re, quem itineris comitem habebat. Denique non semel in-
tellexi ipsius orationem tunc non obscure spectasse, ut Tha-
lasiarchum et Genienses invidia gravaret, quasi invidia
vel ambitio vel imprudentia omnia mala Galliae con-
ciliassent. Vineris Medicus noster, qui nunc abest, multa
ex ipso privatim audivit, quod ubi redieris, diligenter
perforibam. Ista habui, Vir Clarissime, de quibus ad Te
scriberem. Legati Principum sunt adhuc apud nos,

qui aliquis monstri mihi alere videntur. Cupiunt enim
producere in concionem, et isti Eulera proficere Mini-
strum quendam paganum Castellionistam qui libertatem
quoque amplectitur, et ideo licet vir palam perfidus et
in religione inconstans et plane dubius atque infans, apud
D. Jacobum gratiosissimus. Invocat Leodegaris Grimwaldus.
Ego tamen dum hic ero, a concionando non desistere sta-
tui, quia omnes viros pura religionis favent. Consilium
metu plus quam servili Theologos illos superciliosos ode-
runt et metuunt, ipsique per omnia parent. Tu vale
in Christo Vir Parisissime, cui omnia bona et sancta
precor et civitati nostra lumen vultu Domini Mon-
belgardi. 17. Augusti 1571.

Parens meus et Quadratus
Te officiose salutant.

Tuus ex animo

Tossanus.

Inscriptio.

A Monsieur
Monsieur de Besze
à Geneve.

1751

Davidi Pareo Wig. Sebentzen S. L. P.
Literas tuas, quas G. Idus Julij ad me dedisti, accepi, easque summa
cum voluptate perlegi. Non solum, quia constantis tui erga me
amoris apertam significationem habebant, verum etiam, quia
tecum suam statim declarabant. Mi David, charissime frater,
sum novus, tamen cum video amorem susceptam non tam
affectu quam iudicio feliciter mihi cadere, non possum non letari.
Tunc autem recte habere eum existimo, cum eos, quos amo, depre-
hendo amantes mei. Tu itaque, quod et mei pristini erga te amoris
me admones, et tui simul mihi constantiam prescribis, ex ani-
mo gaudeo, Quia Quidor Quidor. Quod ad tuam conditionem
attinet, de ea nihil hoc tempore scribam, si ejusmodi est, ut pacato
non dico